

Deliciis perfundit: plaudit, et ore renidet,
 Seque probat tacitus: Gas inflammariet aptum 170
 Convivae inclamat multi: pars maxima rident,
 Atque in herum multa, in Lucillam multa jocantur,
 Et calices poseunt. Quidam ut memorabile factum
 Vedit, et agnovit doctrinae exemplar acutum,
 Servavit Satyris non vulgo digna reperta. 175
 Impermissa negant Superi mortalibus aegris
 Gaudia stare diu. Plausu in medio atque triumpho
 Nam domini subitus pallor convertere vultus:
 Ille graves gemitus ex imo mittere corde,
 Questu implere loca, et flere ut puer. Heu furit acer 180
 Ossibus, invalidosque dolor depascitur artus.
 Intercepta jacent convivia. Gladem inopinam
 Condolueret pii, lacrymasque dedere sodales.
 Protinus accelerant famuli, stratisque reponunt.
 Accersunt medicos. Exploravere jacentem 185
 Ut medici, promunt ferrum, membrumque recidunt,
 Quod laesum est, vitamque indigno vulnere servant.
 It capit is minor, atque, ut iniquae mentis asellus,
 Infelix dominus demissis auriculis, et
 Transit ad eunuchos quondam vir, nunc spado factus. 190
 Hic finis curarum, haec magnaæ meta viæ!